

idoneè posset interrogantibus respondere. Licet enim eam ob causam indigna non esset optatâ veniâ, at certè ideò tota civitas digna non esset, cui ignosceretur. Agit igitur publicam, id est, civitatis personam, et in se representat, quod in illo doctorum, doctrinarumque domicilio commendari videt.

Hebraicè : *Ego pacificans fideles Israel*, seu, ut legunt Septuaginta : *Ego sum pacifica de firamentis Israel*. Quorum sensus est Abalam componere consuevisse controversias suâ prudentiâ, atque integro, fidelique iudicio, et animos conciliare diffidentes; aut certè se nunquam excitare solitam seditiones, et motus. Quare qui Abalam everteret magnum in Israëlité terrâ conservandæ pacis momentum eriperet. Et ideò subjicit :

ET TU QUÆRIS SUBVERTERE CIVITATEM, ET EVERTERE MATREM IN ISRAEL ? Quasi dicat : Egregiè tot civitatis hujus merita compensas, præclaram refers gratiam illi, quæ, quod mater filiis, Israeli toti beneficium, et indulgentiam præstitit, dum illam excindere contendis, quæ pacem aluit, et seditionum semina sapienter elisit. Quâ præcipitatâ Israël totum eodem impetu præcipitas. Id enim valet : *Præcipitas hæreditatem Domini*. Hæreditas enim est totus Israel.

VERS. 21. — SED HOMO DE MONTE EPHRAIM SEBA. Reliqua ad vers. 23 interprete non egent. Ait enim Joab sibi nihil esse cum illâ civitate negotiî, sed esse seditiosum hominem nomine Seba, qui contra regem infidelem armavit manum, et magnos inter fratres excitavit motus; quo sublato, nihil fore præterea, quod persequatur bello. Quod faciliè obtinuit mulier à civitate totâ, cui visum est expedire, ut unius hominis capite præsens redimeretur populi, et commune periculum. Occiditur itaque Seba communi consensu, et illius caput per muros civitatis in castra projicitur, et statim clangente buccinâ revocatus est populus, et obsidio soluta.

Illud hic videndum, quomodo cum Jeminæus esse dicatur Seba supra, v. 1, id est, de filiis Benjamin, nunc dicatur à Joab esse de monte Ephraim, quâ de re Abul q. 28. Ego duas causas illius nominis invenio; et primùm statuo illum montem, qui dicitur Ephraim, esse in tribu Benjamin; neque enim ex Hebræorum consuetudine icedat quemquam habitare extra funiculum suæ tribui destinatum. Puto autem aut montem illum appellari Ephraim, quia aliquid ibi accidit Ephraimitis, sive adversum,

sive prosperum, cujus memoriam retinuerunt posteri : quo modo supra cap. 18, locus ubi commissum est prælium contra Absalomem, cum sit in regione Galaaditide, vocatur tamen saltus Ephraim, propter eventum quem eo loco adduximus. Aut cum mons ille oriretur in sorte Ephraim, ab Ephraim compellationem accepit, licet latè se ad aliarum tribuum terminos porrigeret. Atque ideò pars illa montis, quæ spatium aliquod occupabat sortis Benjamin, appellata fuit mons Ephraim. In illo porrò spatium habitasse videri potuit iste Seba. Nisi mavis aliquam partem illius tribus hoc notari nomine, quia vergebat ad montem Ephraim. Quo modo magnæ civitates, aut illustria loca nomen attribuunt portis civitatum, quæ ad illas aut ducunt, aut spectant. Sic in hoc ipso loco, ubi hæc scribimus, porta dicitur *Matriti*, et *Caracæ*, et *Fluminis*, quia regiones illas habent adversas. Quælibet harum rationum satis est gravis, ut civitas, quæ est in Beniamitide, in Ephraimitide tribu fuisse dicatur. Quæ harum sit vera, incertum nihil est. (1)

VERS. 23. — FUIT ERGO JOAB SUPER OMNEM EXERCITUM ISRAEL. Cum jam extinctus esset Amasa, quem pro Joab rex constituerat super exercitum, rediit Joab ad illum locum, et ordinem, unde paulò ante deciderat.

BANAIAS AUTEM FILIUS JOIADÆ SUPER PHELETHEOS ET CERETHEOS. Quisint hi Phelthæi, etc., diximus supra cap. 15, v. 18. Sunt autem regii corporis custodes, et vigiles, qui à Latinis prætoriani milites appellantur.

VERS. 24. — ADURAN VERÒ SUPER TRIBUTA, etc. Hic quæstor erat regius, qui fisco præerat. Videtur autem David aliter atque antea disposuisse tam quæ ad regnum, quàm quæ ad ipsius familiam pertinebant : nam aliqui in eâ conspiratione non satis fidem suam regi probaverant. Quamvis, quod ad hæc ministeria pertinet, nihil mutatum est, ut satis constat supra cap. 8, ad finem, ubi hæc eadem munera atque personæ numerantur, uno excepto Ira Jairite, qui sacerdos fuisse dicitur David. Vide quæ à nobis ibi dicta sunt, quæ hic repetere necessarium non est.

VERS. 26. — IRA AUTEM JAIRITES ERAT SACERDOS DAVID. Lib. 2, cap. 8, ad finem, filii David

(1) VERS. 22. — ET LOCUTA EST EIS SAPIENTER, dicendo, ut ait Josephus : « Vultis mali malè perire cum liberis ac conjugibus, propter hominem malum et ignotum, eumque pro Davide, cujus tanta in vos extant beneficia, regnare ? Speratis unam urbem tam valido exercitui resistere posse ? » (Corn. à Lap.)

fuisse dicuntur sacerdotes, qui tamen tales esse non poterant, quia non erant ex ordine Levitico. Quo verò sensu sacerdotes esse potuerint, ibi à nobis ostensum est. Hic nobis investigandum, cur loco filiorum David, ponatur iste Ira Jairites. Si verum est, quod putat Lyra, sacerdotis nomine nihil significari sacrum, ut diximus de filiis David, et illorum loco *Iram* esse suffectum, haud dubiè hoc nomen eam dignitatem et necessitudinem significat, quam habent, qui assidui sunt principibus, et plurimum apud ipsos gratiâ, et auctoritate valent. Atque ideò hic de Irâ nil aliud affirmatur, quàm regi fuisse charum, familiarem, et assiduum. Suspicio autem illos filios David, qui dicuntur sacerdotes, fuisse non omnes, sed duos, Absalomem, et Amnonem, qui regi charissimi erant. De Amnone liquet ex c. 13, v. 21, ubi sic de David, postquam novit quid Amnon contra sororem admisisset :

CAPUT XXI.

1. Facta est quoque fames in diebus David tribus annis jugiter; et consuluit David oraculum Domini, dixitque Dominus: Propter Saül et domum ejus sanguinum, quia occidit Gabaonitas.

2. Vocatis ergo Gabaonitis, rex dixit ad eos (porrò Gabaonitæ non erant de filiis Israel, sed reliquiæ Amorrhæorum; filii quippe Israel juraverant eis, et voluit Saül percutere eos zelo, quasi pro filiis Israel et Juda).

3. Dixit ergo David ad Gabaonitas: Quid faciam vobis? et quod erit vestri piaculum, ut benedicatis hæreditati Domini?

4. Dixeruntque ei Gabaonitæ: Non est nobis super argento et auro quæstio, sed contra Saül et contra domum ejus; neque volumus ut interficiatur homo de Israel. Ad quos rex ait: Quid ergo vultis ut faciam vobis?

5. Qui dixerunt regi: Virum qui attrivit nos et oppressit iniquè ita delere debemus, ut ne unus quidem residuus sit de stirpe ejus in cunctis finibus Israel.

6. Dentur nobis septem viri de filiis ejus, ut crucifigamus eos Domino in Gaba Saül, quondam electi Domini. Et ait rex: Ego dabo.

7. Pepercitque rex Miphiboseth filio

s. s. x.

Noluit contristare spiritum Amnon filii sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat. De Absalome satis grave documentum dedit in illius morte. Cum ergo hoc tempore duo isti, qui sacerdotes ante fuerant, decessissent, eorum loco successit Ira Jairites.

Hæc explicatio mihi non videtur aliena, sed neque fortassè illa est, quam adducit Theodoretus, et ex eo Abulensis q. 52, ubi docet fuisse quidem Sadoc, et Abiathar, sacerdotes magnos, qui Israeli toti in suo ordine, et sacro ministerio præerant. At Jairitem istum esse sacerdotem Davidis, qui illi aderat, et pro eo sæpè sacris operabatur. Quo modo nunc viri principes, licet episcopos habeant, tamen domesticos, et familiares sacerdotes, quos capellanos dicimus, qui pro illis sacrificant, et orant. Quod eotempore Davidi accidere potuit commodiùs, cum apud se arcam haberet, et vacare quotidie posset sacrificiis.

CHAPITRE XXI.

1. Du temps de David il y eut une famine qui dura trois ans. David consulta l'oracle du Seigneur, et le Seigneur lui répondit que cette famine était arrivée à cause de Saül et de sa maison, qui était une maison de sang, parce qu'il avait tué les Gabaonites.

2. Or les Gabaonites n'étaient point des enfants d'Israël, mais un reste des Amorrhéens, et les Israélites s'étaient liés à eux avec serment. Cependant Saül avait entrepris de les perdre par un faux zèle, comme pour réparer la négligence des enfants d'Israël et de Juda. David fit donc venir les Gabaonites,

3. Et leur dit: Que puis-je vous faire pour réparer l'injure que vous avez reçue, afin que vous bénissiez l'héritage du Seigneur?

4. Les Gabaonites répondirent: Nous ne voulons pour satisfaction ni or ni argent; nous demandons justice contre Saül et contre sa maison, et, hors cela, nous ne voulons point qu'on fasse mourir aucun homme d'Israël. — Que voulez-vous donc, dit David, que je fasse pour vous?

5. Ils lui répondirent: Nous devons tellement exterminer celui qui nous a tourmentés et opprimés si injustement, qu'il ne reste pas un seul de sa race dans toutes les terres d'Israël.

6. Qu'on nous donne au moins sept de ses enfants, afin que nous les mettions en croix pour satisfaire le Seigneur à Gaba, d'où était Saül, qui fut autrefois l'élu du Seigneur. Le roi leur dit: Je vous les donnerai.

7. Il épargna Miphiboseth, fils de Jonathas

Jonathæ, filii Saül, propter jusjurandum Domini quod fuerat inter David et inter Jonathan filium Saül.

8. Tulit itaque rex duos filios Respha filiae Aia quos peperit Saüli, Armoni et Miphiboseth, et quinque filios Michol filiae Saül, quos genuerat Hadrieli filio Berzellai, qui fuit de Molathi;

9. Et dedit eos in manus Gabaonitarum, qui crucifixerunt eos in monte coram Domino: et ceciderunt hi septem simul occisi in diebus messis primis, incipiente messe hordei.

10. Tollens autem Respha filia Aia cilicium, substravit sibi supra petram, ab initio messis, donec stillaret aqua super eos de caelo; et non dimisit aves lacerare eos per diem, neque bestias per noctem.

11. Et nuntiata sunt David quæ fecerat Respha filia Aia, concubina Saül.

12. Et abiit David, et tulit ossa Saül et ossa Jonathæ filii ejus à viris Jabes-Galaad, qui furati fuerant ea de platea Beth-San, in quâ suspenderant eos Philisthiim cum interfecissent Saül in Gelboe;

13. Et asportavit inde ossa Saül et ossa Jonathæ filii ejus; et colligentes ossa eorum qui affixi fuerant,

14. Sepelierunt ea cum ossibus Saül et Jonathæ filii ejus in terrâ Benjamin, in latere, in sepulcro Cis patris ejus; feceruntque omnia quæ præceperat rex. Et repropitiatus est Deus terræ post hæc.

15. Factum est autem rursùm prælium Philistinorum adversùm Israel, et descendit David et servi ejus cum eo, et pugnabant contra Philisthiim. Deficiente autem David,

16. Jesbi-Benob, qui fuit de genere Arapha, cujus ferrum hastæ trecentas uncias appendebat, et accinctus erat ense novo, nisus est percutere David.

17. Præsidioque ei fuit Abisai filius Sarvia, et percussum Philisthæum interfecit. Tunc juraverunt viri David, dicentes: Jam non egredieris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam Israel.

18. Secundum quoque bellum fuit in Gob contra Philisthæos. Tunc percussit

filis de Saül, à cause de l'alliance que Jonathas et lui s'étaient jurée au nom du Seigneur.

8. C'est pourquoi il prit les deux fils de Respha, fille d'Aia, Armoni et Miphiboseth, qu'elle avait eus de Saül, et cinq fils que Michol, fille de Saül, avait adoptés, et que Mérob, sa sœur, avait eus d'Hadriel, fils de Berzellai, qui était de Molathi;

9. Et il les mit entre les mains des Gabaonites, qui les crucifièrent sur une montagne devant le Seigneur. Ainsi moururent ces sept hommes, exécutés tous ensemble, dans les premiers jours de la moisson, lorsque l'on commençait à couper les orges.

10. Respha, fille d'Aia, prenant un cilice, l'étendit sur une pierre, et demeura là depuis le commencement de la moisson jusqu'à ce que, Dieu étant apaisé, l'eau du ciel tombât sur eux; et elle empêcha les oiseaux de déchirer leur corps pendant le jour, et les bêtes de les manger pendant la nuit.

11. Et cette action de Respha, fille d'Aia, concubine de Saül, fut rapportée à David.

12. Alors David alla prendre les os de Saül et de Jonathas, son fils, à Jabès en Galaad, ceux de cette ville les ayant enlevés de la place de Beth-San, où les Philistins les avaient pendus après que Saül eût été tué à Gelboe;

13. David transporta donc de là les os de Saül et de Jonathas, son fils, et, ayant fait recueillir les os de ceux qui avaient été crucifiés,

14. Il les fit ensevelir, avec ceux de Saül et de Jonathas, son fils, dans le sépulcre de Cis, père de Saül, à Scéla, au pays de Benjamin. Ces ordres que le roi avait donnés furent exactement exécutés; et après cela Dieu se rendit propice à la terre comme auparavant.

15. Les Philistins firent encore une guerre contre Israël. David marcha contre eux avec son armée, et leur livra bataille. Mais perdant ses forces,

16. Jesbi-Bénob, de la race d'Arapha, qui avait une lance dont le fer pesait trois cents onces, et une épée qui n'avait point encore servi, était prêt à le tuer.

17. Mais Abisai, fils de Sarvia, prévint le Philistin, le tua, et sauva David. Alors les gens de David lui firent cette protestation: Nous ne souffrirons plus que vous veniez à la guerre avec nous, de peur que vous n'éteigniez la lampe d'Israël.

18. Il y eut une seconde guerre à Gob contre les Philistins, où Sobochai de Husathi tua

Sobochai, de Husathi, Saph de stirpe Arapha, de genere gigantum.

9. Tertium quoque fuit bellum in Gob contra Philisthæos, in quo percussit A-Deo-Datus, filius Saltus, polymitarius, Bethlehemites, Goliath Gethæum, cujus hastile hastæ erat quasi licitorium texentium.

20. Quartum bellum fuit in Geth; in quo vir fuit excelsus qui senos in manibus pedibusque habebat digitos, id est, viginti quatuor, et erat de origine Arapha.

21. Et blasphemavit Israel; percussit autem eum Jonathan, filius Samaa, fratris David.

22. Hi quatuor nati sunt de Arapha in Geth, et ceciderunt in manu David et servorum ejus.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — FACTA EST QUOQUE FAMES IN DIEBUS DAVID TRIBUS ANNIS JUGITER, ET CONSULUIT DAVID ORACULUM DOMINI. Quoto anno cœperit hæc fames, non constat; est tamen verisimile non longè post tempora, de quibus proximè, contigisse, licet aliter non rarò contingat, eodem tamen ordine narrari res solent, quo gestæ sunt. Et ita placet Abulensi q. 1, qui tamen non gravatè admittit illam sententiam, quæ ante hoc tempus famem illam contigisse dicit; quod mihi difficile non est. Nam sicut in secundâ parte capituli, ut nonnulli putant colligit historicus sacer bella, quæ contra Philistinos gessit David, quia nihil jam bellorum supererat, quod historia mandaret; sic etiam quia calamitates numerarat, quæ Davidi contigerunt post violatum Uriæ thalamum, hanc etiam attexere voluit, licet non suo loco, quia alius non occurrebat opportunior, ne supplicia, quibus Deus Davidis adulteri atque homicidæ scelus castigaverat, interrupta obscuram redderent narrationem. Sed nihil hic certum video, utrumque satis apparet verisimile, et illud prius magis, nimirum ut narrationis ordo ordinem sequatur rerum gestarum.

CONSULUIT DAVID ORACULUM DOMINI. Quomodo consultus Deus, oraculum Davidi atque aliis reddere consueverit, diximus supra lib. 1, cap. 23, et quidem consultum à Davide fuisse Dominum sæpius legimus, quia bonus rex nihil inconsulto Deo felicem exitum habiturum putabat. Dubitat Abulensis q. 3, cur cum tribus annis fames vexarit Israelitas, ad tertium us-

Saph, descendu d'Arapha, de la race des géants.

19. Il y eut aussi une troisième guerre à Gob contre les Philistins, dans laquelle Elchanan, fils de Jaré-Orgim, de Bethléhem, tua Goliath de Geth, qui avait une lance dont la hampe était comme le grand bois des tisserands.

20. Il se fit une quatrième guerre à Geth, où il se trouva un grand homme qui avait six doigts aux pieds et aux mains, c'est-à-dire vingt-quatre doigts, et qui était de la race d'Arapha.

21. Il vint outrager insolemment Israël; mais Jonathan, fils de Samaa, frère de David, le tua.

22. Ces quatre hommes étaient de Geth, de la race d'Arapha, et ils furent tués par David et par ses gens.

que consultationem distulerit. Et postquam aliorum rationes confutavit, dicit videri sibi à Davide Dominum esse consultum duobus annis prioribus, non tamen respondisse; vel quia aliquod in populo peccatum intervenerat, quod divinum impediret oraculum, sicut accidit Saülis tempore, c. 14, et iterum cap. 23, ubi Deus respondere ad interrogata noluit, quia peccatum in castris reclamabat; vel certè cum Deus tribus annis punire populum fame statuisset, respondere noluit, quia neque vindicem manum ab infligendâ plagâ cohibere voluit. Sed sanè, licet non abs re, et sine conjecturâ aliquâ probabili, divinam tamen Abulensis. Fortassè non subiit Davidis mentem, famem illam immissam esse propter peccatum, cum absque ullâ causâ, quæ saltem hominibus nota fuerit, famem populi diuturnam et gravem passi fuerint. Quare primo anno suspicari potuit rex non imprudens, famem illam ex naturali causâ provenisse, quod de secundo anno existimari potuit. At cum triennis fames jam urgeret, cogitare cœpit, an ex naturæ quasi fatali necessitate, vel à divinâ offensione illa agrorum sitis, et panis indigentia provenisset, atque ideò de tantæ vexationis causâ sciscitatus est.

DIXITQUE DOMINUS: PROPTER SAUL, ET DOMUM EJUS SANGUINUM (1), QUIA OCCIDIT GABAONITAS.

(1) Du temps de David il y eut une famine qui dura trois ans. David consulta l'oracle du Seigneur, qui lui répondit que c'était à cause de Saül. Il paraît, par l'entrée de ce chapitre, qu'il

Promiserat Josue c. 9, v. 15, pacem Gabaonitis, idque interposito jurejurando firmaverat; in cujus verba atque promissa jurarunt etiam aliqui populi principes, totius populi

ne se fait rien au hasard dans le monde, et que tous les biens ou les maux qui y arrivent ont pour principe un dessein de Dieu. C'est lui qui envoie cette famine qui dure pendant trois ans. Et quoique David n'ait pas assez de lumière pour pénétrer quelle pouvait être la cause de ce fléau du ciel, il en a assez néanmoins pour ne pas douter qu'il n'y en ait une. Il se met en peine de l'apprendre de Dieu même par le ministère de ses prêtres.

C'est ce que nous devons faire dans tous les maux qui nous arrivent. Il nous est inutile de nous arrêter aux causes secondes. Il faut tâcher de découvrir quelle est la première source de ces châtements. Si nous ne nous mettons en peine d'approfondir ce secret, nous devons craindre de ne pas user comme il faut de la souffrance, et de n'en pas tirer l'avantage que Dieu a voulu nous procurer en nous l'envoyant. Il suffit que Dieu ait fait voir dans son Ecriture quelques exemples de cette importante vérité, pour nous persuader que, comme il agit toujours par les mêmes principes, et qu'il suit les mêmes règles dans sa conduite, nos maux aussi ont des causes certaines dans sa sagesse, et qu'ils nous doivent porter comme David à les discerner autant que nous pouvons, et à chercher les moyens d'apaiser sa colère et de satisfaire à sa justice. (Sacy.)

Quod hic negotium facessit, illud est, quod in caput populi universi detorqueat Deus poenam criminis ab uno Saule commissi. Cavet Deus, ne de patrum crimine poena è filiis, seu vicissim de filiorum scelere è parentibus exigantur; ipse tamen Deus unius Saulis crimen non in familiâ ejusdem modò, sed et in Israele universo hic punit. Reponimus hisce, Deo jus esse ratum et constans, ut creaturis bona quædam mortalia pro arbitrio largiatur et subtrahat. Summus est enim arbiter, à nemine pendens. Vita, mortalia quædam commoda, pax, ex earum sunt rerum genere, quas Deus æquo jure nobis sive largitur, sive negat. Quin et melius cedit frequenter justo, cum rebus hisce privatur, quam cum illis fruatur; impius verò mulctari illis merito criminum suorum debet. Cum igitur Deus absoluto hoc imperio utitur in creaturas, vitam illis vel vitæ commoda adimens, eam privationem immeritò creatura conqueritur. Si verò æquitatem veris poenis malisque puniret, vel donaret crimen veris præmiis atque sinceris, tunc utique argueretur Deus tanquam adversus se ipsum indolemque suam ageret. Adde, Numinis esse infinitè sapientis, communi bono consulere, licet id in privatum quorundam incommodum cedat. Animadversio illa peculiaris de domo Saulis atque communis de universis tribubus sumpta, bonum ordinis planè superioris pariebat, reparationem scilicet injuriæ nomini divino illatæ, violato fœdere quod sacri ejus nominis obtestatione cum Gabaonitis sancitum fuerat, et omnibus per orbem gentibus documentum, ut discant reges æquè acprivati, quantà religione fœdera et sacramenta servanda sint. (Calmet.)

utique nomine. Sed aut juramenti immemor, aut nihil habens pensi, quam sibi necessitatem in Gabaonitarum causâ imposuisset Israel, in illos, quasi Israelitici nominis hostes forent, ferrum distinxit. Quando id acciderit, ex sacris litteris non habemus; accidisse tamen dubitare nefas, cum illud ex hoc loco expressum habeamus. Nam v. 1, domus Saül, domus vocatur sanguinum, id est, sanguinaria, quia sanguinem effudit, et statim declarat Gabaonitarum esse sanguinem: *Quia occidit Gabaonitas*. Josephus ait Gabaonitas deceptos à Saule præter jus et fas occisos esse.

Cur Saül Gabaonitas de vitâ, aut Israelitarum medio tollere voluerit, obscurè admodum dicit Scriptura: *Voluit, inquit, Saül percutere eos zelo, quasi pro filiis Israel, et Juda*. Quidam Hebræorum, ut refert hic Lyra, et Abul. q. 16, hanc causam existimant habuisse Saulem, quæ speciem videtur præ se tulisse zeli, quia Gabaonitæ quatuor habuere civitates copiosas, et

Cette famine était arrivée parce que Saül avait entrepris de perdre les Gabaonites par un faux zèle pour les enfants d'Israël et de Juda. C'est Dieu qui nous apprend ici lui-même que les fautes d'un prince qui viole ses lois peuvent troubler son état après sa mort. Il punit tout un royaume pour le sang que Saül avait injustement répandu il y avait déjà plusieurs années. Nous voyons, par le livre de Josué, que les Gabaonites étant de ces peuples de la Palestine que Dieu avait commandé aux Israélites d'exterminer, surprisent Josué par un mensonge, en feignant d'être d'un pays fort éloigné, et qu'il fut résolu néanmoins qu'on leur sauverait la vie, parce que Josué le leur avait promis avec serment. Saül s'avise après plusieurs siècles de vouloir exterminer cette nation. On ne peut assez admirer le dérèglement de son esprit. Il manque de zèle contre Amalec; il en témoigne avec excès contre les Gabaonites; il épargne ceux que Dieu veut qu'il perde, et il perd ceux que Dieu veut qu'il épargne. Il est doux quand Dieu lui commande d'être sévère, et il devient sévère et même cruel quand Dieu lui commande d'être doux. Cette conduite même de Saül était pleine d'un très-grand orgueil. Car il accusait ainsi Josué et toute la maison d'Israël et de Juda d'avoir en ce point manqué de lumière, et il voulait suppléer par son zèle prétendu à la faute qu'il croyait qu'il avait commise, en souffrant ainsi ce mélange d'une nation étrangère avec le peuple de Dieu. Cependant Dieu fait voir que c'était en vain que ce prince se servait d'un prétexte de piété pour sanctifier une action cruelle, qui ne peut être réparée que par le meurtre de ses enfants. Rien n'est plus dangereux, dit saint Bernard, qu'un homme possédé d'un faux zèle, qui a de la chaleur et qui n'a point de lumière. Il croit faire un acte de religion quand il la détruit, et plaie à Dieu lorsqu'il l'irrite, et qu'il attire sur lui ses vengeances. (Sacy.)

lantas, quæ ad Israëlè potius quam ad externos, et Chanaanæos incolas pertinebant, quas ad usum Israelitarum traducere pium videbatur, et justum. Illa verò fuere Gabaon, Caphira, Beroth, et Cariathiarim, de quibus Josue c. 9. Has Saül à Gabaonitis sibi ac suis vindicare voluit maxime quia tres illarum, ut ex Josue c. 18, perspicuum est, ad Benjaminicam tribum pertinebant. Has igitur non iudicio, ac lege, sed ferro, et vi ad legitimos possessores, nempe Israelitas, quibus à Deo terra Chanaan concessa fuerat, transcribendas duxit. Quam explicationem multis confutat Abul. q. 16, et adducit aliam, quam magis probat: sed ipse, quod in re adeò obscurâ necessarium est, incertis ducitur conjecturis, et planè cum aliis divinat, prudenter tamèn: « Dicendum, inquit, est quòd Saül motus est quodam zelo pro filiis Juda, et Jerusalem, scilicet tanquam supplens id quod illi omiserant. Putabat enim Saül quòd Israelitæ non potuerant dimittere viventes Gabaonitas, et quòd Josue, et omnes principes populi, qui erant tempore illo, peccaverunt; et omnes, qui postea permittebant Gabaonitas vivere, peccabant. Ideò ut ipse excusaret tam filios Israel, quam Juda à peccato, quasi motus zelo illorum voluit occidere Gabaonitas. » Hæc Abulensis, qui ibidem refellit nonnullorum sententiam, qui Saülis zelum inflammatum esse dicunt ex eo ministerio, quod in templo obierunt Gabaonitæ, quasi illis à sacro loco aliquid etiam sacrum adhereret; quod etiam hic Lyra non admittit. Nam munus illud ignobilium potius servorum est, quam illorum, in quibus aliquid est honestum, et ingenuum. Quid enim tanti est ligna cædere, comportare aquam, quæ ut subirent Gabaonitæ, supplicii loco imposita fuerunt à Josue c. 9. Neque illis injunctum fuit, ut altari solùm, et tabernaculo servirent, sed etiam toti populo. Quare ministerium illud sacrum non erat, cum obiri posset, etiamsi illorum nemo tabernaculum, aut templum ingrederetur. Neque erat cur illos zelo Israelitarum extinctos vellet Saül, quasi Israelitæ illà commoditate privarentur. Quæ enim commoditas esset alligari tam duro ministerio, et alienæ semper voluntati parere? Nemo, credo, Israelitarum in vacuum illud ministerium succederet, quia neque honestum erat, ut patet, neque magnum sperari poterat ex illo tanto, tamque assiduo labore compendium.

VERS. 2. — PORRÒ GABAONITÆ NON ERANT DE FILIIS ISRAEL, SED RELIQUÆ AMORRHÆORUM. De

his satis Josue cap. 5. Illud difficile, quomodò Amorrhæorum reliquæ vocari potuerint Gabaonitæ, cum potius fuerint ex Hevæorum genere. Josue cap. 11, v. 18: *Non fuit civitas, quæ se traderet filiis Israel præter Hevæum, qui habitabat in Gabaon; omnes enim bellando cepit*. Mihi illud hic placet, quod in simili casu visum est in commentariis in Acta, ad illud c. 7, v. 16: *A filiis Hemor filii Sichem*. Ubi diximus, quomodò Hemor, qui reverà erat Hevæus, ut constat Gen. cap. 34, v. 2, illum tamen Jacob cap. 48, in fine, Amorrhæum appellat; et ideò Amorrhæos aliis nationibus suum indidisse nomen, quia omnium habitatorum terræ promissionis erant potentissimi. Quare cum de illius terræ habitatoribus sermo est, quæ à multis nationibus tenebatur, omnes dicuntur Amorrhæi. Genes. 15: *Nondum impleta sunt iniquitates Amorrhæorum*. Amos cap. 2: *Ego ante te exterminavi Amorrhæum*. Et infra: *Eduxi vos in deserto quadraginta annis, ut possideretis terram Amorrhæi*. Plura in hanc sententiam diximus ad locum nuper citatum ex cap. 2 Amos, ubi alias etiam rationes adduximus.

VERS. 3. — DIXIT ERGO DAVID AD GABAONITAS: QUID FACIAM VOBIS? Ubi triennialis famis causam agnovit David, et expiandam esse didicit Gabaonitarum injuriam, illos quamprimùm accersit, et expiationis genus et modum interrogat. Neque videtur morari, quam à se postulent satisfactionis formam, dummodò à durâ illâ vexatione populum expediat. Quod verò additur: *Ut benedicatis hereditati Domini*, idem est ac si dicat: Ne efficiatis, ut divina nobis maledictio exitio sit, sed potius orate Deum, quem vestræ vexationis vindicem habetis, ut cohibeat ultricem manum ab inferendâ plagâ. Est enim benè alicui dicere, idem quòd benè optare aut precari. Pauperes enim etiamsi nihil loquantur, aut optent, dum vim ab aliis, aut injuriam sustinent, ultorem Deum implorant; et licet nihil ipsi de injuriâ cogitent, taciti tamen clamant, et divinam justitiam ad injuriæ vindictam assiduè sollicitant. Ut enim misericordia et elemosyna, licet pauper taceat, clamant ad Dominum, et largitori veniam, et secunda omnia precantur, de quo est illud Eccli. 29, v. 15: *Conclude elemosynam in corde pauperis, et hæc pro te exorabit ab omni malo*; sic etiam vis et injuria irrogata infirmiori et pauperi, vindictam à Deo petunt, et exorant Jacob cap. 5, v. 4: *Ecce merces operariorum, qui messuerunt regionem vestram*.